


(27) 16327

4.

Ad lectorem.  
Eiusdem de Astronomia et Astrologia  
libri in scripto methonico facti studiose lector  
opus nominibus non videtur: cum quia per  
hunc ad hunc librum amittitur non per inop-  
tiam nec preceptis nec preceptis preparatis ex-  
plicitur ex capite Simonis Colinae regis Ioh-  
annem sine Anno. 17. 1. Decimo Ca-  
pitulo.




IOANNES MARTINVS POBLACION FRANCISCO LVPEO RINCONO S.P.D.



**N**OSTI mi Francisce q̄ dum inter differendum ce-  
 porum cœlestium theoricum astronomicum ob-  
 ter astrolabi meminissem: nonnulli meorum am-  
 corum (quibus plurimum teneor) assidue me roga-  
 uere vt compendium aliquod vsus eius illis ap-  
 rirerem: quod facile promisi. Cumq; libelli a pu-  
 bliopolas minime reperirentur: me petierunt: vt  
 ipse compilarem: quibus flagitantibus operam meam denegare  
 potui, atq; eo libētius id feci: q; & illis obsequi: & tibi consulere  
 arbitratus: si summā dixero: quæ diffusius poterant pertra-  
 nec adeo breuitati studeam: vt obscuriora videantur. quod non  
 do in hac re verum in omni eo quod nobis superest laboris effici-  
 Neq; me ī hoc compēdiō aliquid excogitasse credas: sed aliorum  
 tum dicta secutum. Adieci tamen altimetriæ demonstrationes: qu-  
 re noui q̄ sis harum rerum diligens inquisitor. Vale & me tuū am-



Ioannis Martini poblacion de vsu astrolabi<sup>2</sup>  
 compendium.



**A**strolabi vtilitatem / quibusq; vsibus accom-  
 modetur / succincte & aperte tractare inten-  
 dimus: perstringendo dicta quorūdam ac a-  
 liter digerendo: aliorum autem nonnulla re-  
 secando / interdum vero quędam adijciendo  
 quę eius elucidationi conuenire videntur. A-  
 partium igitur instrumenti nominibus oim-  
 q; in eis contentorū explanationibus ordie-  
 mur / ac Arabicis nō omnino neglectis latina  
 quoad fieri poterit amplectemur. Dicitur et-  
 go astrolabiū quasi astrorū āsavel manubriū: & astrolabus (vt Geor-  
 gio Valle placet) per eum namq; astrorū motus examiamus. & pla-  
 nisphęriū quasi sphęra in plano exarata: in cutus partibus omnitū  
 est armilla suspēforia prima: qua planisphęrium libere pendet. cui  
 succedit ansa: quę armillā cum astrolabo connectit. Tandē sequitur  
 planisphęriū: in quo duę sunt facies: anterior vna / altera posterior q̄  
 & dorsum dicitur. Anteriori enim (quę & materia nonnullis nūcupa-  
 tur) limbus adnectitur in margine faciei / per circuitum diuisus in  
 360. partē equas equinoctij gradus a neotericis appellatas. quarū q̄  
 libet in .60. scrupula seu minuta secatur / & quarū singulę .15. horā  
 efficiunt equalē. Intraq; hunc limbū memorata facies variarū regio-  
 num continet tabellas (quę tympana vocantur a quibusdam) varijs  
 terre plagis inseruientes / ob diuersam poli supra finietē aut horizon-  
 tē sublimitatē. quarū vnaquęq; tres hēt circulos concentros: & eorū  
 sol cū initū cancri possidet latitudo primi mobilis describit) pportio-  
 confertur. Maximus vero capricorni / medius aut circulus equinoctij  
 nominatur. Duas insup hēt diametros se in circulorū centro secātes:  
 quos in quartas distinguūt. Harūq; diametrorū ab armilla descendēs  
 linea medię cœli dicitur: quia meridiano cōfertur. altera vero hori-  
 zō rectus / cuius sinistrū orienti / dextrū occidenti adscribitur / instrumē-  
 to in cōspectu ad os nostrū collocato. Habet item circulos arabice di-  
 ctos almicantharat: qui circuli sunt paralleli finienti: totūq; hemi-  
 spheriū in coronæ effigiē ad verticem vsq; diducunt. et in solipartijs  
 (hoc est vna tantū parte seu gradu distantibus) sunt. 90. In tripartijs  
 30. In quinquepartijs autē. 18. Et quidā / incōpleti / alij perfecti. quorū  
 maximus est horizon decliuus: & vltimus oim minimus: eoq; minor  
 quisq; est quo magis a primo (hoc est finiente) sepatur. atq; horū cen-

### Compendium

trum punctus verticalis est. a quo ad finientem quaque versus 90. sunt gradus. ad equinoctiale aut quantum polus supra horizontem eleuatur. i. linea meridiei per eisdem circulos computatur. per quos facile est nosse cui regioni tabella deferuat. ij. circuli astrorum eleuationibus apti sunt: quare circuli eleuationum & altitudinum non abs re nominantur. Ceterum tenet praeterea illarum quilibet circulos verticales: sic ideo dictos. quia in secat in regionis puncto verticali: quae arabice dicitur zenith. praefati vero circuli dicuntur azimuth interfecantes almicahtarar seu parallelos in 360. partes: a quibus & ipsi pari modo secantur. & ij. oes sunt in perfecti. per eosque percipitur in qua mundi plaga aut hemisphaerij quae ta stella videatur. ¶ Sub horizonte decliui sunt horae inaequales decem arcibus distinctae meridiano & finiente ex utraque parte coelium praesens idcirco. 12. sunt: quoniam dies artificialis. plixus aut breuis in totidem horis diuiditur: quum in eo. 6. ascendant signa. iudae & nox ob eandem causam. Prima tamen hora ab occidua parte inchoat: duodecimaeque terminatur in orientem. in quibusdam lineae crepusculoque describuntur. His igitur regionum tabellis seu tympanis incubat aranea: quae significat conuictio & stellarum fixarum quasdam fulgentiores. significatur autem (quae & circuli obliqui dicitur quoniam equidistantes equinoctiali oes ad inaequales angulos intersecat ut inquit proclus) in signa. 12. distribuitur. Cuius superficies in uexa seu linea zodiaci extrema. est ecliptica. Quodlibet autem signum in 30. partibus dirimitur in solis partibus. aut in 6. in quibus partibus. aut aliter ut fabricanti libet. In quo quidem signifero initia arietis & librae ab equinoctiali minime separantur. & quae intra equinoctiale cadunt boreales nominantur. reliqua uero australia. stellae fixae detricuorum extremitatibus designantur. Supra araneam in aliquibus instrumentis regula per orbem ostensor dicta/arabice autem almuri/limbum perambulans uniuersum. praeterea in aranea foramen sicut & in ceteris planisphaerij partibus in mutuo conectantur. ¶ Sequitur tandem posterior astrolabi facies dicitur appellata: quae uti tabellae seu tympana quattuor quartis distincta a duabus diametris se in centro dispescuntibus. Eaedem namque sunt etiam illis dimetiuntibus quae in opposita parte in tympanis figurantur. horarum descendens linea medij caeli. altera uero finiens uniuersaliter terminatur. In ea item sunt circuli concentrici partes seu gradus eleuationum a finiente ad verticem & ad terrae angulum continentes: ac zodiaci signa etiam adaptantur. ¶ Sunt quoque alij circuli eccentrici in quibus dies anni mensium nomina/numerisque dierum inscribuntur. Intra hos supra dimetiunt transuersam horarum lineae sunt in nonnullis instrumentis vtriusque equalium scilicet & inaequalium. In inferiore parte quadrans est: quo duae sunt altimetrae scale in 12. equas partes diuisae: quae puncta

### Compendium vsus astrolabij.

3

dicuntur aut digiti. Est etiam mediclinium quod arabice alidada/grege ce dioptra nuncupatur: in cuius medio linea recta est per centrum acta/linea fiduciae appellata. & eius extremis pinnulae insiguntur: in quibus foramina sunt/astrorum eleuationibus deferuentia. Ultimo est clauus: qui & axis dicitur/astrolabi foramen ingrediens/tympanorum & retis simulque connectens. In quo similiter foramen est/stabulum dicitur: quod clauus subintrat qui dicitur equus oia fixas ac pstringens. His breuiter prelibatis ad rem accedamus/ initium a sole sumentes.

#### Prima propositio.

Olis partem indagare per astrolabum.



¶ Cum signiferi parte in qua sol est: per hoc instrumentum nosse cupis: in eius posteriori facie seu in dorso quere diem in circulo dierum: cui linea fiduciae superposita parte quaesita indicabit in signifero statim supra diem: ac in aduersa parte loci soli oppositus collocatur: qui arabice dicitur nadir solis. Et haec duo loca notabis in araneae zodiaci ad horarum investigationem: ut in sequentibus patebit. In anno tamen bissextili dicta pars diei antecedenti adiudicabitur. post februarium. Si autem per gradum seu partem solis diem scire desideras: inuerso procedas ordine: linea praefata parti superposita diem ostendet.

#### Secunda propositio.

Quoniam quantitas solis quavis hora venari.

¶ Quoniam quantum sol supra finientem attolatur/verticalis circulus seu azimuth nobis insinuat: sub quo tunc sol reperitur/ cognita eius a parallelis sectione. Eam igitur hoc pacto cognosces. Astrolabo (ut dicitur) libere pendente mediclinium sursum deorsumve circumagas: quoad solis radius pinnae soli obiectae penetrans foramen in alterius pinnae foramen incidit: ac sub linea fiduciae partem notabis. quae sit meridiana necne/vel ante meridiana/aut pomeridiana/facile discies si sequentia notaueris. ¶ Ut meridiem in regione quavis dignoscere possis: planam superficiem marmoris aut tabulae/horizontis seu finientis superficiei aequidistantem situa: in qua circulum describas: et in eius centro gnomonem seu stylum acutum semidiametro circum minus vmbrae perpendiculariter erigas: & ante meridiem cum terminum vmbrae peripheriam contingit/signa contactum: itidem post meridiem. deinde a priori contactu ad alterum duc lineam: quam bifariam dispescas: & a signo medio ad centrum & periferiam/alteram agas a. iij.

Compendium

lineam: quæ vtrinque ad peripheriã acta meridiano proportione con- fertur: cui cum umbra coniungitur nulli ab ea declinans merides est: & cum eam nodum attigerit ante meridiem: cum vero præterit erit post meridiem: & dimetiens huic perpendicularis/horizon- ti proportione collata/orientis veri necnon occidentis locum ostendit. Quare præfatæ dimetientes quattuor mundi plagas vere distin- guunt. At si memorati instrumenti copia desit/visque per astrolabum id nosse: hoc modo absolues. Partem solis in signifero per præceden- tem inquiras: quam in aranea signa re quapiam: & in linea meri- diei colloca: ac quotam in almicantharat seu circulis parallelis par- tem occupet inspicias: a finiẽte sursum versus cõputãdo/quæ si ele- uationi prius iuentæ fuerit æqualis: erit meridiana: sin minor aut meridiana aut pomeridiana: & hoc distigues pauculo tẽporis inter- secto spacio: rursus eleuationẽ per dorsum capiẽdo: quæ si fuerit pro- re, maior: erat antemeridiana: quoniam sol tendit i meridiam. po- meridiana vero si minor/ a meridiano quippe declinat in occidentem. Sed si posthabito gradu solis meridianam per astrolabum per- cipere cupis eleuationem: sæpius obseruanda est: ac seorsum nota- da: quam diu sol ascendit: quoad declinare videatur: maxima enim est meridiana. & hic modus est Nicephori in initio expositionis astro- labi. Simili modo cuiusque stellæ quæres ac distigues sublimitatem eam per vtrumque dioptrę inspiciendo foramen.

Tertia propositio.

¶ Solis aut stellæ fixæ præfatæ sublimitatẽ inter circulos finiẽti pallelos seu almicantharat quauis hora collocare.

¶ Quæsitã per præcedentẽ eleuatione solis vel stellæ ad tuã conuõ- rationis tempus: quære similem in parallelis dictis a finiẽte inchoan- do: qui oim primus & maximus est ac imperfectus: ex parte orientis si- fiant meridiem aut cœli medium/ ex parte vero occidentis si post me- ridiẽ seu cœli medium comperiatur: lineã versus mediũ cœli scanden- do: eamque aramento signa aut quauis materia in tympano seu ta- bella tuæ regionis: & in quo parallelo numerus eleuatõis finitur/ araneã circũagendo partẽ solis vel stellam statue. si autem numerus eleuationis ad parallelũ aliquẽ nõ terminetur: quin potius ad duos rum intervallũ parallelorũ: id intervallum proportionaliter distinas hoc modo. Partem solis in initio intervallũ hoc est priori duorum parallelorum siste: aut stellã cuius eleuationẽ accepisti: cui ostensorem adiungas: & si tuũ instrumentum ostensore careat: vtaris mediclino dorsi loco ostensoris: ac nota cõtractũ in partibus limbi: rursus araneã

¶ Tabula ¶ limbi ¶ tabula  
5 14 3 ptes dubie  
¶ 2/8 ¶ limbi. 17  
5 42

Vsus astrolabij.

agas quoad pars solis aut stella finẽ intervalli contingat: & superpo- sua linea fiducia nota similiter limbi contractũ, & limbi partes duab9 notis interceptas, per partes dubias, quibus scilicet eleuatio tua/ inter- gra superat intervalla, multiplica: productũque per intervalli partem valore: & numerus quotiens pars est rationalis qua sita: quã de par- tibus inter duas notas cadentibus sumas: illique ostensore aut lineam fiducia adnectas: & circũagas araneã vt pars solis vel stella sub li- nea fiducia cadat: habebisque examussim optatũ. & hic mod9 est etiã Nicephori quinta propositio expositionis astrolabi. Eius tamen operandi ratio sumitur ex vicesima propositio. 9. elemẽ. Euclii. vt omnia pateant: exemplo opus est. Volo igitur i astrolabo quinque- partio. 18. scilicet parallelorũ/ vbi quodlibet intervallũ est. 5. partũ/ illud (exempli gratia) a finiẽte exortiuo. 28. partibus attolli: ex parte orientis: integra capio. 5. intervalla. 25. valentia partes: at quia. 3. sub- parallelũ: astrum in initio intervalli sisto hoc est in sexto parallelo & acta per astrum linea fiducia noto in limbo partẽ contract9 similiter in fine seu septimo parallelo: & inter duas notas (verbi gratia) 10. limbi partes comperiantur has multiplico per. 3. dubias &. 30. coas- lesunt: quas per. 5. resoluo & redeunt. 6. in numero quotiẽte. ea est porno rationalis: quã de partibus his/ adiungã intervallis integris: in cuius fine statuã lineam fiducia seu dioptrã: cui astrum subiectã & habeo quæsitum.

4. propositio.

¶ Partem solis per meridianam eleuationem distin- guere.

¶ Solis in meridie sublimitatem quære per secundã huius, eam in linea meridiei inter parallelos per præcedentẽ nota: & araneam cir- cũagas quoad linea eclipticę notam attingat: & si vna tantũ pars eclipticę illam contigerit: ea est pars solis initium scilicet cancri aut capricorni. si autẽ duę partes equaliter distantes a tropicis notã at- tingant: quæ equas habent in meridie sublimitates/ equos insuper arcus diurnos & nocturnos: vna est pars solis: vtra vero sit/ mensis enucleabit.

5. propositio.

¶ Horam æqualem per astrolabum interdũ captare.

¶ Veram partẽ solis per primam inuentã/ inter parallelos per tertiã

7 li. 20 prop

### Compendium

cōstitue: a finiente exortiuo si sit ante meridiē: aut ab occiduo si post meridiē aut in linea medijs cœli si meridiēs sit: quod per secundam elicies & parti solis ostensorem vel lineam fiducia adū gas: & in limbo ostendet horam equalem a linea medijs noctis inchoando a qua ad lineam meridijs duodecim equales horæ numerantur cuilibet horæ quindē gradus assignando: & hoc si ante meridiē vel meridiēs fuerit: si vero post meridiē/ab eadē linea meridijs numerū inchoabis & si vltra cōpletas horas aliqua portio cōperiat: cuilibet parti quatuor horæ scrupula seu minuta tribuem⁹. vt si vltra septimā horā sim quattuor limbi partes/erūt. 16. horæ minuta.

### Sexta propositio.

Idē noctu per stellam aliquā tibi notam perscrutari.  
Stellę alicuius in aranea descriptę nocturna sublimitate per secundā, cognita & inter orbes parallelos per tertiam statuta/ i parte solis inuēta per primam/ ostensorem constituas: & horā indicabit equalem in limbo: vt in p̄cedente notasti.

### Septima propositio.

Solis ortū & occasum quocunq; tempore dignoscere.  
Habitā solis partē in finiente exortiuo situa: & ostensore per diē solis partē agas: qui in limbo horā & horæ partē insinuabit qua supra finientē exortiuū emergit. Eodē modo occasū venaberis i limbo parte in occiduo finiente collocata. Arcus aut ab ortu ad occasum diurnus seu dies artificialis: qui per duodecim diuisus horam diurnam in equalē diurnā. Reliquū vero est arc⁹ nocturnus ab occasu solis ad ortum: qui similiter diuisus per duodecim/ i equalis horę nocturnę quantitatem ostendet.

### Octaua propositio.

Vespertini crepusculi finē matutiniue inītiū p̄cipere.  
Alicui⁹ stellę tibi notę in aranea descriptę elevationē i quibus secundā & in eius elevationē inter parallelos per tertiam figito. Pars solis lineā crepusculi occidui cōtigerit: finis est crepusculi vespertini. Si autē lineā crepusculi matutini attigerit: est eius inītiū. Acto igitur ostensore per partē solis horā & horę partē dicto crepusculo apprehēdes. Si tamē lineę crepusculorū minime describātur in plano tuę regionis: partē soli aduersam (quę nadir solis a nocturno appellatur) aduertito: quę cum. 18. partibus limbi cōsurgit ab ortu: finis est crepusculi vespertini. Cum vero totidem ab occasu solis fiat/ eo tendens: inītiū est matutini.

### Vsus Astrolabi.

### Nona propositio.

Quot horæ fluxerūt a solis ortu aut eius occasu p̄mere.  
Horā interdiu per quintā inuestigato: ac per septimā tēpus ort⁹: quod a tempore tuę cōsiderationis demito: reliquū ergo fluxit a solis ortu, idē noctu per solis occasum facito. Aut aliter si libet hoc idē inquiras: ac in idem redibit. Solis sublimitatē ad tuā inspectionis tēpus per secundā inuenito & inter parallelos per tertiam concinnato: adiunctoq; ostensore contactum in limbo signa: deinde reducito solis partem in finientē exortiuū simul cum ostensore notata vt prius limbi parte. Demum duabus notis interceptum per quindē partes (hoc est vnus horę spatium) partire: & habebis horas æquales. Si quę partes residuę fuerint per quatuor multiplica: eruntq; horę scrupula seu minuta. nocte vero per finientem occiduum idem venabere.

### Decima propositio.

Horam in equalē diurno quouis momēto designare.  
Partem solis inter parallelos per iam sæpe repetita figito: & nadir eius hoc est pars aduersa horā ostendet in equalē in lineis horarum tēporalium sub finiente seu horizonte descriptis: quarū inītiū ab occidentē sumitur: quę si lineā contingat aliquam: est hora in equalis completa: si autem incompleta. Quantum autem illius horę incompletę fluxerit: hoc modo accipies. Primo per partem solis aduersam ostensorem agas: & locū in limbo nota. Deinde ad horę inītiū reuocato partem cum ostensore: & locū in limbo signa. Itidem in fine horę: quam igitur rationē habet interceptū inter primā & secundā notā ad interceptū duabus vltimis: eam habet id quod fluxū est illius horę ad ipsā horā. vt si vltra. 5. horas inæquales sint 6. limbi partes iter primā & secundā notā scz inītiū horę fluentis: ab inītiū autē ad finē seu vltimā notā. 18. partes reperiuntur in limbo: quarū. 6. sūt tertia pars/ dicā tertiā horę partē esse fluxū vltra. 5. horas. & hoc ponitur a Nicephoro in fine. 4. propositionis exposi-tionis Astrolabi.

### Vndecima propositio

Noctu idem absoluere.  
Alicui⁹ stellę notę sublimitatē querito: & in parte elevationis (vti per solem interdiu docuit p̄cedens) concinnato: & gradus solis horam declarabit in equalē: & horę partem si opus fuerit. Velut

Compendium.

in horis diurnis est declaratum. Nec te lateat horam inaequalem esse decimam partem diei artificialis seu noctis: & cum dies naturalis ex die artificiali & eius nocte coalescat: quantumque dies noctesque sint inaequales semper tamen hora inaequalis diurna cum hora inaequali nocturna duabus horis aequalibus diei naturalis aequantur.

12. propositio.

Horas aequales in inaequales reducere aut per oppositum.

Aequales horas reducendas in partes seu gradus conuertas: pro quaque hora. 15. partes sumendo. Si qua vero sint horae minutae: pro singulis. 4. partem unam adnumerato: totumque partem per quantitatem horae inaequalis: quam per septimam inquirito: siquid autem superadduendum per. 60. multiplicato & per dictam quantitatem diuidito: erunt minuta horae temporalis seu inaequali iungenda. Inuerso modo ne feceris in conuersione horarum inaequalium ad horas aequales: multiplicato scilicet numerum horarum inaequalium per quantitatem horae aequalis & per. 15. partem: siquid super fuerit per. 60. multiplica: & minuta illis adijcienda.

13. propositio.

Horas aequales aut inaequales per dorsum astrolabi explicare.

Meridianam solis elevationem per secundam reperias: & ubi medietatem horae duodecimae linea contigerit perspicias: contactumque in linea fiduciae quavis materia signes. Id autem signum bido aut tribus subserute. Sole igitur illustrata hora tuae considerationis eius elevationem speculari in quarta horarum: necnon ubi signum praenotatum medietati ceciderit: quod horam offeret aequalem: si linea dorsum horarum sint aequalium: aut inaequalem si inaequalium: vel utramque si utramque linea illic designentur. At si meridiei altitudinem ignores: partem solis per primam exacte cognitam in linea medij caeli fige: & eius sublimitatem per pedem in orbibus parallelis. Deinceps in similitudine si elevationem medietatum statue: ac ut dictum est operare: notanda scilicet contactum dioptrae seu lineae fiduciae et lineae horae duodecimae. et cetera.

14. propositio

Arcum diurnum vel nocturnum cuiusuis stellae in arcu

Vsus Astrolabi.

nea signata elicere.

Per arcum diurnum stellae tempus intelligimus quo fertur supra finientem: aut arcum in limbo ab oriente in occasum illi tempori proportionem collatum / stellam ergo retis (cuius arcum inquiris) in finiente exortiuo constitue: per quam illic manentem ostensorem auras: & nota limbi partem / a qua ad lineam mediae noctis est arcus seminocturnus illius stellae: si autem dupletur / coalescit arcus nocturnus. quo a toto limbo aut a. 360. partibus sublato diurnus arcus supererit / cuius subduplum est arcus semidiurnus.

15. propositio.

Quo tempore stella fixa oriatur enucleare. Stella in horizonte posita parti seu gradui solis ostensorem adiungas: & horam ac horae partem intelliges. In eius occasu similiter operare & caeli mediatione.

16. propositio.

Declinationem cuiusque partis signiferi ac cuiusuis stellae scire.

Partem zodiaci cuius declinationem scire desideras / aut stellam fixam in linea medij caeli ponito: & in parallelis seu almicantharac partes ab equinoctiali numerato ad stellam vel partem memoratam: ea enim est declinatio quaesita. quae si intra equinoctialem / centrum versus astrolabi fuerit: declinatio est borealis. Si vero extra / dicitur australis. in ipso autem equinoctiali nulla est.

17. propositio.

Quatuor caeli angulos qui & centra dicuntur & cardines aperire.

Solis altitudinem specularis hora tuae considerationis. quam continna inter parallelas per saepe memoratas secundam & tertiam: & partes signiferi contingentes meridianum & horis. 4. sunt anguli seu centra quaesita. Pars enim circuli obliqui in horizonte exortiuo angulus est orientis: & centrum atque horoscopus appellatur. & pars illi aduersa angulus occidentis. pars autem linea medij caeli contingens supra horizontem angulus medij caeli. & pars illi opposita angulus terrae nominatur. Eodem prorsus modo nocturnam stellam aliquam tibi notam operabere.

intelligitur secundam & tertiam  
meridianam & horizontem. 4  
est circuli obliqui in horizonte  
centrum atque ascendens & horo-

Compendium.

18. propositio.

**C**Partem zodiaci cum qua stella oritur exquirere.  
**C**Stella in primo parallelo vel horizonte constituta partem signifi-  
ri emergentem speculari: ea enim est quam queris. Similiter in o-  
casu: & cœli meditatione efficies.

19. propositio.

**C**Zenith ortus et occasus solis stellarum ve fixarum discernere.  
**C**Per zenith in proposito distantiam intelligimus in linea hori-  
tis ab æquinoctiali seu oriente vero. Quare aduertendum finientem  
vel horizontem vel primum parallelum seu primum almucantibus  
rat (quæ omnia idem significant) 4. distingui quartis/ab æquinoctiali  
ali scilicet & meridiano. prima namque est ab æquinoctiali ex parte or-  
ientis ad meridianum usque/pergens in austrum: quare orientalis au-  
stralis dicitur. Secunda vero a meridie ad æquinoctialē ex parte occi-  
dētis/occidentalis australis appellata. Inde tertia est occidentalis borealis  
ad lineam usque mediæ noctis. Ultima vero quæ & orientalis borealis  
dicitur/a fine tertiæ ad initium primæ tendit finiturque. hæc enim quar-  
tæ distinguuntur in partes a circulis verticalibus arabice dicitur ac-  
muth. Partem igitur solis vel stellam fixam in oriente sita vel fini-  
ente exortiuo: & ubi sol vel stella contingat horizontem nota: & ab  
eo loco ad æquinoctialē partes per circulos verticales examina: & ha-  
bebis quesitum. Et si ab æquinoctiali meridie versus deuiet: distantia  
est australis. Si vero ad lineam mediæ noctis est borealis: in ipso tra-  
men æquinoctiali est in oriente vero. Itidem in occasu dicendum.

20. propositio.

**C**Zenith solis stellarumque fixarum inuenire.  
**C**Zenith solis & stellæ est eius distantia ab initio quartæ. Solis ergo vel  
stellæ quæ elevationem per secundam: quæ iter parallelis digerat ut dicitur.  
Et azimuth seu circulus verticalis quæ attigerit: zenith illius man-  
festabit: hoc est distantiam ab initio quartæ.

21. propositio.

**C**Quattuor mundi plagas per astrolabum exprimere.  
**C**Zenith solis per precedentē examina ac in simili elevatione dioptra  
seu lineam fiduciam in dorso constitue in ea quarta quæ sol tunc iustrat  
fac deinde ut astrolabum superficie horizontis æquidistet quæ vitro citroque ve-  
tas: quoad umbræ substructillorum seu paxillorum aut pinularum medici-  
nij suis icidat lateribus ne quæ declinantes: aut fiat æquidistates. Quartæ: astro-  
labi quæ solis obijciat: ut exigit opus: et due dimetientes dorsum. 4. mundi

*Quattuor mundi plagas per  
Zenith solis per precedentem*

Vsus Astrolabi.

7

solis obijciatur: ut exigit opus: & due dimetientes dorsum. 4. mundi  
partes indicabunt. Hoc idem & facilius per ea quæ in. 2. propositione  
dicta sunt absolues: si linea meridiei astrolabi superponatur lineæ me-  
ridiei in circulo descriptæ.

22. propositio.

**C**Stellam quavis in aranea signatam facere notam.  
**C**Quo tempore ea oriatur stella per. 15. elicias cuius noticiam habere  
vis: & quæ tunc oritur est quæ queris. Vel sic. Cognito (ut dictum est)  
per. 15. ortu illius stellæ: itidem zenith ortus eius per. 14. & per precedē  
tem instrumento ad. 4. mundi plagas debite concinnato, dioptra  
vel lineam fiduciam perferato zenith ortus adnecte: & stella quæ per utrumque  
mediciniæ foramen intueris tempore ortus eius est quesita. Idem eodemque  
modo per occasum eius efficies si libet.

23. propositio.

**C**Omnes stellas astrolabi una cognita in cœlo deter-  
minare.

**C**Stellæ iam tibi notæ sereno tempore sublimitatem attendas & in  
parallelis apte componas per sepe repetitas secundam & tertiam ac ces-  
tearum singulas speculari quam habeat unaquæque elevationem  
in parallelis: simul & zenith eius hoc est distantiam ab initio. 4. deinde  
in tanta dorsum elevatione dioptra constituta: quanta habet stella quæ au-  
cuparis: ad eam. 4. partem dirigas astrolabum immoto medicinio: quæ  
per araneam ac verticales circulos didicisti: & quæ per dioptræ foramina  
lucidior apparet: est ea quam petis. quod si feceris singillatim, cunctæ  
patescent.

24. propositio.

**C**Solis a puncto verticali tuæ regionis remotionem  
excerpere.

**C**Meridianam altitudinem per. 2. inuentam a. 90. deme: & reliquetur distan-  
tia quesita.

25. propositio.

**C**Cuiusque loci decidere latitudinem.  
**C**Regionis latitudo est distantia puncti verticalis ab æquinoctiali: quæ  
poli elevationi supra finietur æquatur. Si igitur loci cuiusquam latitu-  
dinem vis iter diu nosse: per facile est sole intrate initium arietis aut libræ in  
ipso meridie quod raro evenit: aut per meridie quod sepiusculum fit:  
meridiei namque elevatione a. 90. subtracta superest latitudo regionis. & hic  
modus investigandi latitudinem est Nicephori. 2. propositio expōis astrolabi

Compendium.

Si vero sol declinationē habeat tēpore meridiano: illā discutias  
16. quam si borealis fuerit: ab vniuersa in meridie eleuatione sub-  
trahe. at si australis fuerit declinatio: dictę meridiei sublimitati  
adde: prouenietq; eleuatio equinoctialis supra finientē: q̄ a 90. dē-  
cta/ relinquatur latitudo loci. Si per stellā fixā aliquā ortū & occidē-  
tē habētē hoc idē noctu scire vis: eo pacto venaberis vt de sole dictū ē  
Per stellā aut nō occidētē latitudo cognoscitur/ eleuationē maximā  
& minimā aggregando/ ac sumēdo dimidium totius aggregati: id  
enim tua est latitudo.

26. propositio.

**D**uorū locorū explorare longitudinem.

**E**st enī lōgitudō regionis distātia ei⁹ a meridiano isularū foren-  
natarum. vt Ptole. inquit in de situ orbis. Duarum autē vrbium lon-  
gitudō seu locorum est suorū inuicē meridiano & interstitium. hoc  
est equinoctialis arcus duobus illa & vrbū meridianis intercep-  
tū loco &. Si igitur vtriusq; loci longitudo in tabellis regionum isula-  
pta reperiatur: facillimū est eorū lōgitudinē excerpere/ minorē a ma-  
iore substrahēdo. At si alterius tantū scribitur: futuri deliquij lunaris  
cuiuspiā initio in eo loco p̄spicue scito, i loco ignotē lōgitudinis deli-  
quij eiusdē initium obserua per astrolabum. & si t̄p̄a cōueniāt: eadē  
habēt longitudinē illa loca/ seu distāntiam ab oriente & occidente.  
Secus autem, varia est eorum ab occidente separatio. Et cui⁹ tempus  
initij maius est: ei⁹ longitudo maior erit vel oriētī p̄prior. Dēpro igi-  
tur minori tempore a maiore: quod reliquum est/ longitudo illorum  
in horis dicitur & minutis aut minutis solū. Cuilibet ergo horę. 15.  
partes seu gradus assignes. 4. vero minutis partē vnam/ cuiuslibet mi-  
nuto horę. 15. minuta partē seu gradus: habebisq; longitudinem in  
partibus & scrupulis aut scrupulis tantum. Qz si neutrius loci longi-  
tudo in tabulis reperitur: duplici obseruatōe ad initium deliquij eius-  
dē erit vt dēdū. A duobus ergo socijs simul consideratio fiat: ab vno  
quidem in vno locorum/ ab altero aut in altero: ac tempora confici-  
tur vt expositum est.

27. propositio.

**D**uarū ciuitatū longitudinē ac latitudinē differentiā  
distāntiam enotare.

**V**triusq; latitudinē per. 25. percōteris: & minorē a maiore dem-  
residū erit differentiā latitudinis illarū vrbū: quā seorsū notabis. dif-  
ferentiā autē longitudinis per p̄cedētē rimeris: aut dicta/ si manus  
per tabulas longitudinū & latitudinū regionum inquiras: vtrāq; dē-

Vsus Astrolabi.

8  
ceps in se ductā quadrate in vnū cōiunge: ac totius aggregati quere  
radicē quadratā: & ea est linea diagonalis in gradib⁹ & minutis cœli  
aut minutis tātū: & distātia quā habere cupiebas.

28. propositio.

**A**scensiones signorum aut cuiusuis arcus signiferi in  
sphaera recta patefacere.

**E**st autem ascensio signi vel alicuius alterius/ arcus equinoctia-  
lis ei coascendens/ vel tempus quod est ab initio ad finē ortus talis  
signi vel arcus. Finē igitur signi vel arcus in horizonte recto cōstitue  
ac initio eius ostensorem applica: & partes limbi inter horizontē re-  
ctum & lineam fiducię vel ostensorem/ sunt ascensio signi vel arcus.  
hoc autem siue in oriente fiat siue in occidente aut linea medię cœli  
minime refert: q̄nquidē ascensiones & descensiones cœliq; media-  
tiones equantur in sphaera recta.

29. propositio.

**A**scensionē rectam vniuscuiusq; partis eclipticę vel  
stellę fixę in aranea signatę diffinire.

**S**tella aut parte eclipticę de cuius ascensione dubitas in horizon-  
te recto posita, ostensorem per initium arietis agas/ partē in limbo notā  
do, quā signat ostensor: arc⁹ autem a prefato horizontē recto ad locum  
in limbo notatū est ascensio recta partis vel stellę. Circa descensionē  
exerceberis simili modo.

30. propositio.

**A**scensionē quāq; signi vel arcus eclipticę in sphaera  
decliui referare.

**I**nitium signi vel arcus finienti exortiuo in tympano tuę regionis  
adiunge ostensorem superinducto partemq; in limbo notando. impel-  
le rursus araneā cum ostensore quoad vniuersus arc⁹ emergat: ac par-  
tem in limbo sub ostensore signa: nam spatium limbi duabus no-  
tis interceptum est illius arcus ascensio.

31. propositio.

**D**uodecim domorum cœli ad horam statutam ini-  
tia stabilire.

**Q**uatuor cętra seu cardies p. 17. concinētur in primis: dein horę  
scopū vel partē ascendētē in octauā horā inæqualē age: & pars zo-  
diaci in angulo terrę existens initium constituatur domus secundę:

### Compendium.

eiufq; pars aduerfa initium octauæ. Rursum eandem partem ascen-  
dentem in horâ decimam age: & gradum angulî terræ. 3. dom⁹ in-  
itiū statue: & partē ei oppositā initium nonę. Præterea partē occidentē  
(horoscopo sc; aduerfam quæ angul⁹ dicitur occidentis) in horâ ag-  
2. inæqualē & pars similis angulî terræ. 5. inchoabit domū: & quæ  
est e regiōe. 11. Dictā demum partē occidentē in. 4. agas horâ: & par-  
tē in angulo terrę inuentā. 6. domus initium erit. eiufq; pars aduerfa de-  
mū. 12. insinuat. & hic modus est Nicephori in. 4. propositioe sua  
expositiois. ¶ Aliter etiā quæ dicta sūt absolui queunt: estq; modus  
vulgaris. Cognitis (vt dictū est) quattuor cardinibus cœli ostēditur  
parti ascendentī adiungas cōtactū in limbo notādo: & arcum ab illi  
nota ad lineā meridiē trifariā secā: & in termino primę portiois ob-  
fore posito gradū zodiaci ostensori subiectū. 12. dom⁹ initium statu-  
i sine similiter. 2. partis. 11. domus reperies initium. eodē pror⁹ modo  
a lineā meridiē ad notā in limbo captā ex parte occidentis (vt i or-  
te fecisti) in. 3. equas diuide partes / & in fine primæ. 9. domus initium  
stabilias. in fine autē secūde initium octauę quarū oppositę in similib⁹  
partibus signorum oppositorum e regione collocentur. ¶ Illud tar-  
men minime prætereundum cēseo: vniuersū cœli ambitū in. 12. par-  
tes esse diuisum quę domicilia nominantur. quarū. 4. cœtra vocantur  
& anguli vel cardines: vt dictū est in. 17. in quibus oēs sibi cōueni-  
assignandis: in reliquarum tñ assignatione dissidēt. Bona enim pars  
(antiqui præsertim) cœlū hoc pacto diuidūt: circulū quēdā, meridi-  
num in polis mūdi secātē, & horizontē in ascendente & angulo oc-  
cidētis machinantur: partēq; equinoctialis duobus illis circulis in-  
terceptā ab oriente in meridiē tripartitū: itidē in qualibet cœlesti  
faciūt: perq; sectiones illas circulos transmittūt secantes se in polis  
mundi qui modo præexposito cœlum distinguūt: cui, domorū præ-  
fata figuratio subseruit. Alij autē volūt q; equatoris. 4. horizonti ac me-  
ridiano interceptæ in treis æquas portiones diuidātur: p quas circuli  
transuentes se secant in punctis sectionum meridiani & horizontis  
coassū ptisq; meridiāno & horizontē. 12. cœli iterstitia coalescāt. Et scilicet  
hūc modū. Stöfflerinus astrolabo domorū lineas inscribere docet.

### 32. propositio.

